1. Omnes methodi à Pauli Æginettæ temporibus ad præsens usq in lucem editæ Sæculum, ad instituendam fistulæ ani operationem, qbusdam laborant difficultatibq. Illis enim, qui operationi succumbunt, graviorem, quam rei necessitas exigit, creant dolorem, operanti vero Chirurgo superfluos pariunt labores.

2. Ne putes me hoc gratis tantummodo assumpsisse absq probatione, nam si considéres modo, quæ eveniant secundum methodum usitatam à Medico Arabe supra laudato præscriptam, me verissima dixisse non eris negaturus. Filo enim argenteo altera manu in fistulam usq ad ejq finem sive basin immisso, indice vero alterius manus in anum intruso, quod fistulam inter et digitum positum est, directo versus digitum filo, perforatur, postmodum prehensa eâ fili parte, quæ per fistula transitum fecit, mediante digito indice in ano hærente, filum incurvatur, et ex ano hoc extremitas producit, hoc facto fili extremitates extra anum hærentes combinant, ab operatore his mediantibq fortiùs ingensq fit attractio, et demum id quod filo fuit exceptum, dissecatur.

3. Tria hic sunt, quæ unicuiq facile patescunt, quæ par-
tim operatori difficile facessunt negotium, partim ægro-
tanti, quæ sunt causa augmentationis doloris. Primum
est, perforatio fistulæ (si nempe ab altera parte a-
pertura deficiat) mediante filo obtuso. Secundum,
laboriosa fili in adeo sensibili et satis angusto lo-
co incurvatio. Tertium, magna et fortis valde
attractio filo mediante. (§. 2.

4. Etsi vero mox laudata methodus reliquis sit praefe-
renda, quarum notitia ad nos pervenit, eo tamen non
obstante, suis laborat adhucdum difficultatibus etiam
perfectionibus modo laudatis (§ 3).

5. Medicus vero æque ac Chirurgus quilibet ægrotantes
suæ commissos curæ, cito tuto atq jucunde, juxta
dicterium vetus, ab ægritudine sublevare suâ, inq pri-
stinum integrum restituere statum, cum vi conscientiæ
suæ sit obstrictus, hinc ipsum omnem movere de-
cet lapidem, ut ne dolores ægrotanti multiplicet, sed
potius, in quantum fieri potest, et rei ratio po-
stulat, diminuat; hinc et officii mei rationem
idem postulare satis patescit, unde coactus inveni

methodum à supra indicatis difficultatibus et impe-
dimentis liberam, quam et per aliquot jam annos
non sine insigni commodo applicavi, quam jam
pro præsenti communicare animus est, et si quid
exinde commodi in publicum abit, erit quo val-
de gaudebo.

6. Priusquam vero methodum à me detectam, publici
juris facio, haut inutile me facturum esse puto,
tam indoctorum gratiâ, quam ex eo, quod quædam
sint monenda de verâ fistularum ani sede, pau-
ca de fistularum ani naturâ, in quantum ad pro-
positum scopum collimant, præmittere.

7. Fistula ani est ulcus sinuoso callosum, locum occu-
pans suum, vel inter tunicarum duplicaturam +
intestinum rectum componentium, vel inter intesti-
num ejusque sphincterem, vel medium tenet situm
laudatum inter musculum et ani levatores vel ul-
timo denique loco hos inter et circum stratam pin-
guedinem.

8. Ut plurimum et quidem ordinario externa tantum aper-
turâ est prædita, quæ ano valde vicina, aliquando
interna tantum adest, nonnunquam vero externa atque

ac interna simul, utrisq sibi respondentibus, gaudet

9) Ex modo dictis in descriptione fistularum ani earumq sede, clare satis intelligi potest, me a vulgari recedere sententiâ, quæ fistularum ani præsentiam in intestino recto ejusq musculis negat, affirmando, quod sedes ipsis tantum competat, inter laudati intestini musculos et circum stratam pinguedinem, idq hujus sententiæ asseclæ ideo putant, quod per operationem intestinum rectum ejusq musculi semper discindantur simul.

10) Sed hoc non ita sese habere, sequentibus probo argumentis. Contigit haud vice simplici, dum specillum in fistulam immitterem, ut id, quod inter specillum digitumq in ano intrusum hæsit, adeo exiguâ gauderet crassitie, ut plane hospes in Anatomicis esse deberet, q affirmare auderet, corpus adeo tenue intermedium esse totam intestini recti ejusq musculorum substantiam.

Porro, præterlapsis post institutam operationem aliquot diebus, intruso in patientis anum digito meo, jussi ut anum contraheret suum, dictum factum, ipsum contrahebat, id quod erat haud exiguum de non destructis ac descissis musculis indicium.

Tertio in ægrotantis positum erat potestate, u,
trum deponere vellet Album, nec ne, id quod impossibi
le fuisset musculis laudatis (87) discissis (89)
Quarto quando operatione institutâ ab initio sana
tionis usq ad finem inflicti vulneris labia, in quan
tum possibile et decebat, a se invicem distende,
bantur, ex quo occasio nata, ut exindere lata
evaderet cicatrix, musculorumq longitudo cresceret
unde promptitudo ipsorum sese contrahendi aliquo
modo quidem diminuitur, nullum tamen ex inde sen
sibile sequitur detrimentum in præstando suo
officio, novo argumento musculos operatione
in totum non fuisse discissos. Sed tum demum mu,
sculos in totum esse discissos dixeris, quando pera
ctâ operatione intestini recti sequitur paralysis
fæcesq involuntarie excernuntur, id quod forsan
authoribg, quorum ægrotantibg id contigit, ansam de,
dit, ut patientibg ante instituendam operationem
prognosticon formarent, hocce incommodum, fa,
ctâ operatione pressso sequi pede posse, qui ta,
men aliâ occasione maxima cum pertinaciâ i,
mo audaciâ affirmare non erubescunt, ani sphin
cterem bis imo aliquoties transscindi absq

insequentis paralyseos metu posse.

11.) Viris omni dignis encomio nihil hic loci de meritis suis optime meritis detrahere audeo, dum sibi persuadent, sese transcindisse omnes semper hac operatione musculos, non tamen subsequente intestini recti paralysi, sed potius calleat addo, eaque qua par est, animi reverentiâ atque humanitate obsecro, ut in eo colliment, producant omni exceptione majora experimenta, quibus hypothesin stabilire queant suam. Maximum forsan argumentum dabit sedula investigatio cadaverum, in quibus viventibus hæc operatio fuit instituta. Fateor mihi huc usque omnem denegatam fuisse potestatem post mortem lustrandi eorum cadavera, in quibus memoratam sæpe ipsis viventibus institui operationem adhucdum vero reliqui per Dei gratiam Pancratii cerc vivunt. Celebrioribus in Nosocomiis, aut iis in locis, in quibus cadaverum sectiones majorem in consuetudinem abiere, melius experimenta instituta possunt hæc. Immoto tamen talo hæc stat veritas ani fistulam, raro, si unquam sanari posse nulla pravia instituta operatione, quæ fit, si di,

discindantur omnia illa, quæ continentur inter fistu-
læ et intestini recti cavitatem à naturâ formatam.

12.) Jam accedo ad propositum meum, aperiendo nempe et revelando methodum à me inventam, et reiterata experientiâ confirmatam.

13.) Ante operationem ipsam pro re nata et variantibus circumstantiis commissum mihi ægrum præparo. Quando fistulæ apertura in ani reperitur vicinia, et, ut fieri consuevit, admodum arctis circumscripta est limitibus ita, ut sæpissime specillum ejus crassitiem vix adæquans difficulter admittat, subtiles admodum et fortiter contortas præparo turundas ex filis tenuissimis carptis constitutas (carpey) illitas balsamo Arcæi vulnerario, (juxta compositionem Clerdränam) has in fistulam immitto, firmo has linteamine firmissimo per usum diuturniorem complanato reddito aliquoties complanato (plumaceaux) eodem prædito balsamo, superimposito emplastro satis tenaci, munitis his omnibus splenüs fasciâq consuetâ. Hisce per aliquos dies et quidem singulos bis repetitis, turundisq successive crassioribq atq ac longioribq redditis absq omni sectione, et turunda dilatatoria, quibus dolore æger afficitur, aperturam obtineo tam ad specilli applicationem quam operationem

sufficientem satis atq aptam. Sin vero fistulæ
apertura distat ab ano per pollicis transversi lati
tudinem vel adhuedum magis est remota (unde fi
stula cum ano angulum formare solet, formare ob
tusum) extremam fistulæ partem forfice in erso.
rio transcindo, internumq ipsiq cabum, ut modo di
ctum, insequor.

14. Interea temporis, dum patientem ita ad operatio,
nem præparo ipsam, ipsi author sum, ut singulis
diebus matutino et quidem stato tempore, calidæ in,
sidendo aquæ alvum dejiciat; sin vero ipsi alvus na,
ta sit natura solationis, idem ut horis vespertinis
definitis repetiat, suadeo. Ex hoc illud fluit commo
di tam ratione patientis, qui aliquid ciborum as,
sumere potest, quam ratione mei, qui tali modo
repetitis et superfluis non occupor deligationib.

15. Ad operationem ipsam commode peragendam, dis,
secando nempe id, quod hæret inter cavitatem
fistulæ et intestini recti, tribus utor instrumentis

1. Cultro A

2. Parvo concavo specillo B

3. Magno canali C.

16. Sectionem instituturus ipsam patientem meum

mensam versg pronum, ut fieri solet colloco, obversolu,
ci ano, venter incumbit mensæ pulvinaribg munitæ,
duobus ministris altero dextrorsum, sinistrorsum al,
tero stante hoc incumbit officii, ut patientis natesbg,
ne à se invicem deducant, ego vero specillum con
cavum (f 15 B) dextra mea in fistulam immetto, (si
nempe ea in sinistra ani hæreat parte) ita ut id
latere suo concavo anum versus spectet, usq dum per
venitt ad fistulæ finem sive basin, sinistra mea
intrare facit canalem meum (f 15 C) in anum,
ita ut parte excavata vergat fistulam versus
cum inhærente specillo concavo, progredior cum
eo intradendo usq dum altitudinem specilli con
cavi superet ad pollicis transversi altitudinem,
posthmodo extremitatem specilli concavi in canali
fixam detineo, ministro dextrorsum collocato porrigo
stylum, ut manu suâ sinistrâ specillum hoc
in eo manere faciat statu, in quo posui, post,
modum cultrum (f 15 A) dextra mea in specillum
concavum B immitto usq ad fistulæ basin, dor,
sum ipsius obvertendo versus specillum concavum
aciem vero versus partes dissecandas, mucronem cultri
ex specillo educo et obfirmo eum in canali versus

quem supremum cultrum secundum lineam rectam ad me duco et hoc modo dissecanda omnia disseca. Si apertura fistulæ prope anum reperitur, peracta hac primariâ incisione, secundaria adhucdum opus ē, qua mediante hoc ipso vel alio idoneo cultro fit divisio cutis eq; ac pinguedinis per pollicis transversi latitudinem, vel magis, vel minus, prouti rectum videtur, a fistula dissecta nates versus, ut eo modo vulneris labia reddantur majora et ad dilatandum aptiora, quibq fit deligatio commodior et curatio ex fundamento persequi potest; sin vero fistula fuerit anguliformis, et ejq extremitas jam dissecta primariâ sectione, secundaria non habet locum, Si fistula haret in ani parte dextrâ, minister, q dextras obtinet, incumbit, ut sustineat canalem in ano hærentem, ego vero sinistra speculum concavum.

17.) Post operationem rite peractam, sanationis cardo in eo præcipue vertitur, ut partes separatæ bene a se invicem separatæ maneant, ut in principio vulnus medicamentis deligetur lenientibus, postmodum in sequentibq bene mundificetur et deniq robusta, ut decet, cicatrice obducatur.

18.) Ordinaria methodus, operatæ fistulæ latera

separata servandi, jubet, ut interjiciatur multum
linteaminis carpti in formam oliviformem eo
adunati, (Bourdonets) eoque tota quanta est fistula re
pleatur, quoniam vero experientia me docuit, ægrotan
tibus ex eo multum doloris affricari, aliam ele
gi methodum, quæ hoc habeat emolumenti, quod non
adeo sit dolorifica et in applicatione valde
commoda. Hæc vero in eo consistit, multos paran
do turundas longitudine suâ longitudinem
fistulæ exæquantes, has praelo mediante pla
nas reddo, ex his mox in prima deligatione
duas vel tres eligo, superficie suâ planâ ca
conjungo vitello ovi bene obductâs, lentoque gradu
eas ad basin usque vulneris immitto, postmo
dum filis carptis in oliviformem redactis for
mam oblego, et denique splenius emplastro
et fascia omnia munio.

19. Quando vero in deligando vulnere digestivis o
pus est, obducitur his tantum superficies tu
rundæ quæ fistulæ sit contigua, reliquum vero
balsamo vel unguento nulla praeditis acrimo
nia, ita ut nullum ex immissione decum
bentes sentiant dolorem.

20. Fistula ut bene mundificetur Lapidis Infernalis
Alcoholisati satis quantum adde balsamo Ar

Arcæi quibuscum illinitur ea turunda superficies quæ fistulæ est contigua; reliquum vero munio bal-samo supra laudato.

21) Tandem vero sanationem remediis balsamicis et epu-loticis promoveo, et pro area vulneris angusti-ori reddita turundas longitudine latitudine et pro-funditate decrescentes successive applico. Ante quam-cunq deligationem vulnus vel vino calido vel spiritu vini et aqua bene eluo, mediante lin-teamine carpto, quod affigo stylo in extremitate cochleâ ornato.

22. Hæc itaq illa est methodus qua ego tam in reserando quam sanando ani fistulam utor. Alias autem circumstantias, quæ in ani fistu-lis, præter jam laudatas occurrere possunt et so-lent, studio lubens prætermisi, quoniam nihil ad propositum meum faciunt scopum, insuper quoniam satis superq de his agitur illis ab authoribq, qui omnium teruntq manibq.

23. Ista quæ supra (§§ 7. 9. 10.) de fistularum ani sede pro-tuli, eo usq in medium posita relinquo, donec accuratior solertiâ ac indagine quidquid hujq rei sit, unicuiq patescat, hoc tantum pro præsenti addam: Contigit mihi paucis præterlapsis diebus, dum ego una cum collega meo Dom. Hope inte-stinum rectum cultro subjiceremus Anatomico, ut in eo

reperiretur abscessus, cujus diameter æquabat pollicis transversi latitudinem, locum occupabat suum inter intestinum ejusq sphincterem, continebatur vero in eo materia quædam mucosa. Nullus dubito, si non præmatura morte subjectum hoc, ad quod intestinum pertinebat, fuisset ereptum è vivis, ita ut materiæ in abscessu contentæ sufficiens tempus esset datum ad parandam sibi viam vel per intestinum rectum vel integumenta communia et exinde enata fuisset fistula, operatione instituta musculos discindere haut fuisse opus.

24. Consideranti meam in operando ani fistulam methodum, structuram instrumentorum in ejus gratiam inventorum, eorumq applicationem in operando, facili patebit negotio, reliquis omnibus esse præferendam. Nam specillum concavum æq commode usq ad fistulæ basin potest transferri, ac filum argenteum, ornatum est insuper manubrio admodum commodo ad id dirigendum apto, quo efficitur, ut omnis remora operatori occurrens removeri queat, hinc nulla subest ratio, cur non quilibet facile hoc instrumentum in operatione lubens admittat. Quoniam insuper canalis, qui in anum intruditur iisdem est ornatus virtutibus, præterea interna ipsius superficies plumbo sit obducta ne instrumentum secans versus hoc motum, aliquid detrimenti capiat, non video, cur non unusquisque

et hoc instrumentum laude ornet suâ. Deniq, si lubet quæso, bene secans consideres instrumentum, scilicet, latitudinem ipsius atq ac longitudinem ita aptas notas esse ad id transferendum per cavum specilli minoris concavi usq ad fistulæ basin facili admodum negotio, satis tamen judicabis validum et acuminatum ad eam vim, qua operator in fistulâ utitur secandâ sustinendam, mucro vero ipsius maximâ solertiâ studio non fuit acuminata, ut necdum in specillum immittit, hujus latera penetret atq ita operatori obstaculum pariat.

25.) Si porro turundas complanatas haud indignas esse judicas, ut examini subjicias tuo, facile videbis has pauco negotio et leviori dolore posse applicari, capacitas enim illarum solida respondet capacitati vulneris per operationem inflicti insuper aptitudo ipsis ē concessa ad vulnus distendendum, crassiores enim redduntur ex humoribg illas nutrientibus

26.) Unicum restat argumentum, quo feriri videtur mea methodus, nempe, quod eâ qui vellet uti, fistulas in totum haud posset exscindere, sed respondeo:

1.) Me non ex propositum fuisse hanc methodum ad exsecandos has fistulas, quoniam tales in totâ meâ praxi nunquam viderim, quæ totali exsectione haberent opus, dum omne id, quod callo fuerat induratum, solis removere potuerim medicamentis, qui tamen tales operatus fuerim fistulas, quæ

per quindecim et quod excurrit annos patientibus maximam creaverant molestiam, ex Chirurgi defectu, qui operationum harum in se suscipere annueret, nunquam quoq peracta Sectione primariâ (§16) partes induratas scarrificatione irritavi, sed tantummodo vulnq optime mundificavi uti dictũ (§20) subsequente tamen exoptata sanitate. Unicâ tantum vice contigit, quod post peractam sectionem primariam (§16) marginem fistulæ externam sectione mediante coactq fuerim removere, hac ratione persuasus, quod circumstrata cutis una cum substrata pinguedine duritie dolore atq livore afficerebant, cuniculusq ad extra vergens sub partes modo laudatas in conspectum veniebat, sectionem vero sequenti modo institui: Subtiliori unco arripui alterum vulneris labium infra callum, acceptum aliquantisper ad me traxi, marginemq laudatum cultro incisorio præsecavi. Spatio viginti sex annorum quo me in praxi exercui ad sanandas fistulas hac methodo præterquam in casu laudato carere potui, satis quoq sum persuasus ne quidem hanc methodum tunc temporis fuisse absolute necessariam, si cuniculum modo nominatum tantum aperire plus temporis impendere fortioremq instituere deligationem placuisset. Si vero in posterum ejusmodi fistularum species occurrerent totali sectione sanandæ methodum hactenus consuetam applicare mihi proposui.

27. Verum enim vero, cum nec propositum nec promissum in antecedentibus sit, omnia, quae hanc ad materiam spectant, heic loci proferre, sed solummodo methodum aptiorem et minus laboriosam revelare accommodatam ad fistularum ani sanationem, hinc Lector Benevolus, hisce ut sit contentus, quod rogo. Chirurgi juniores vero, ea, quae heic studio sunt praetermissa, si scire cupiunt, adeant Celebb: Authores qui abunde non minus quam docte hanc pertractarunt materiam.

J. Ulis.